



quam ex amore proprii boni pertinet formaliter ad charitatem erga seipsum , seu ad virtutem spei , tanquam actus eius elicitus .

141 Dices , dolor de peccato ob timorem pene non convertit animum peccatoris ad Deum obiectum supernaturale , sed solum illum averitit malo culpe propter malum pene , quod timetur ; ergo non est sufficiens dispositio ad justificationem etiam cum sacramento , quia omnis talis dispositio debet peccatorem ad Deum convertere obiectum supernaturale .

Resp. quod licet attritio ex metu pene concepta non convertat animum peccatoris ad Deum explicitè , & immediate , convertit tamè implicitè , & mediatè ; nam hoc ipso , quod animum peccatoris averitit peccato propter penam a Deo infligendam implicitè , & mediatè , seu indirectè convertit ad Deum , tanquam ad supremum iudicem , penam . In his iurisdictis ergo attritio dicit ordinari ad Deum propter timorem pene a Deo infligende ; iam attritio à contritione non differt , que dicit ordinari ad Deum . Negatur consequentia , quia attritio implicitè , & mediatè dicit ordinari ad Deum , tanquam iustum peccati vindicem ; non autem tanquam ad obiectum , ex cuius amore , & bono moveretur ad odiendum peccatum ; hic enim est ordo proprius contritionis scilicet timoris filialis , qui est etiam amoris saltem virtutis . In ordo verò attritionis ex motivo pene est timoris servilis , licet non cum servilitate ut explicatè est , & per hoc differtur isti ordini contritionis .

142 Circa aliud motum attritionis à Concilio assignatum ex turpitudine peccati consideratio est difficultas , in quo consistit ratio talis turpitudinis , & quæ peccati turpitudine sit sufficiens motum Christianæ attritionis . Afirmant aliqui , nullam turpitudinem contra virtutem , & honestatem naturalem esse sufficiens motum attritionis Christianæ , sed eam dumtaxat peccati turpitudinem , que opponitur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter cognite . Fundamentum est , quia ea tantum peccati turpitudine est sufficiens motum Christianæ attritionis , que opponitur peccato in hoc statu commisso ; sed peccatum in hoc statu commissum includit averfionem à Deo obiecto supernaturali , ergo ea tantum peccati turpitudine erit sufficiens motum attritionis Christianæ , que opponitur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter notæ , ut sunt irreverentia contra Deum finem supernaturalem , ingratitude , inobedientia , & similia ; quare ut attritio ex turpitudine peccati consideratio concepta sit dispositio sufficiens cum sacramento ad justificationem , non sufficit consideratio peccati , ut præcisè opponitur regule rationis , sed opus est , ut consideretur , prout aliquo modo est Deo oppositum , ita Lugus loc. cit. disp. 5. sect. 9. Amic. disp. 3. sect. 2. Capensis disp. 3. sect. 7. & alii Recentiores .

143 Dicendum tamen est , quamlibet turpitudinem moralem peccati , sive oppositionem dicat alicui perfectioni divinæ supernaturaliter cognite , sive nondum modo sit supernaturaliter , id est , per finem notæ , sufficit , ut sit motum attritionis Christianæ . Ita Suarez disp. 5. sect. 3. Averi a quæ 2. sect. 14. Brancatus ex notis dist. 9. ar. 3. §. 11. & alii Neoterici ; Ratio est , quia Concilium non se restringit ad illas peccati turpitudines tantum , quæ opponuntur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter notæ , sed indè nitè loquitur de peccati turpitudine ut opponitur huic , vel illi virtuti particulari , excepta charitate , ut si detestetur iuram , quia est contra iustitiam , fornicationem , quia est contra castitatem &c. omnis talis actus est verè bonus , & honestus in genere moris , & de genere virtutis moralis non solum in specie , sed etiam in actu in opinione præferitur Recentiorem , virtutes morales infusa admittenti præter acquisitas , quæ ipsa honestas , sicut & opposita turpitudine , non solum naturali lumine constat , sed etiam revelatione divina , & lumine fidei , & talem actum supponit esse ex superiori auxilii gratia , ac de ordine supernaturali , saltem secundum modum , sicut de aliis similibus actibus salutari Concilium loquitur , ergo talis dolor , & attritio de peccatis ob eorum intrinsecam turpitudinem , & ex amore oppositè honestatis , ut per divinam legem perceptæ , & revelatæ , erit verè salutaris , & cum sacramento sufficiens ad justificationem dispositio .

Per quod patet ad fundamentum oppositum ; falsum enim est , eam tantum turpitudinem esse sufficiens motum Christianæ attritionis , que opponitur alicui perfectioni divinæ supernaturaliter notæ , seu oppositionem aliquam dicat cum Deo , prout peccatum

habet rationem injuriæ , seu offensæ contra Deum , sive inobedientia , irreverentia , ingratitude , aut similes ; hoc enim totum gratis alium virtuti , nam alia quoque turpitudines peccatorum aut huic , vel illi virtuti in particulari opponuntur , sunt contra Deum legislatorem , eum rectitudines oppositæ sint præceptæ , & à Deo per fidem revelatæ , ut media idonea ad salutem consequendam , nam amat honestatem intrinsecam virtutis in proprio genere , ut velle iuste agere , temperatè vivere indigent succurrere , & sic de singulis virtutibus sunt media à Deo ordinata ad consequendam salutem , unde actus oppositi eo ipso important turpitudines contra Deum finem supernaturalem saltem mediatè , atque idè attritio ex his turpitudinibus concepta est verè , & salutaris , atque cum sacramento ad justificationem sufficiens . Quare sub ratione generice turpitudinis continentur omnes deformitates , seu malitias , que insunt peccato contradistinctæ à malo pene , & à malitia superna peccati , secundum quam ad verfatat charitatis , ratione quarum deformitatum , seu malitiam opponitur peccatum , vel omnibus virtutibus in communi , ut si detestetur peccatum , quia est inobedientia , irreverentia , ingratitude &c. vel huic , & illi in particulari , ut si detestetur furtum , quia est contra iustitiam , crapulam , quia contra temperantiam &c. .

144 Circa utrumque motum tandem à Concilio assignatum est communis difficultas ; quia motum pene , & turpitudinis peccati sunt aliquid naturale , ergo nequeunt attritionem constituere , que est actus supernaturalis ex Concilio loc. cit. consequentia patet , quia motum specificat actum in genere suo .

Resp. negando assumptum , quia tàm pena peccati debita , quam turpitudine , ob quam est detestandum , sunt cognitæ supernaturaliter , hoc est nobis per fidem revelatæ , quia ut ait Branc. loc. cit. pena sive æterna inferni sive temporalis purgatorii , sive damnis , sive sensus sunt nobis per fidem revelatæ , sicut etiam peccati turpitudine , quod enim peccatum anima maculat , & deformat , & inhabile reddit ad opera vite meritoria , & alia huiusmodi , fide tantum cognoscuntur ; atque idè utrumque motum attritionis ex hoc capite est supernaturale , omnia enim , que supernaturaliter cognoscuntur , dicuntur obiecta , seu motiva supernaturalia ; & actus ex illis eliciti supernaturales dicuntur , quia ad eos concurrerit auxilium gratiæ ex parte voluntatis , & fides , seu cognitio per fidem ex parte intellectus , ut docet Concilium loc. cit. quod sufficit , ut attritio ex his motivis elicita dicatur supernaturalis , & sufficiens dispositio ad justificationem cum sacramento .

145 Sed adhuc restat alia difficultas , quia enim dictum est , etiam attritionem esse aliquo modo detestationem peccati propter Deum , ut dubitatur ulterius , an sit ita detestatio peccati propter Deum , ut etiam dilectionem Dei includat formaliter , vel saltem virtualiter . Afirmant aliqui ex notis supra Fab. d. 16. c. 3. Hiquæus 2. disp. 14. §. 2. n. 119. & Ponc. d. 45. §. 3. imò ibi duo ultimi dicunt attritionem sit sufficiens dispositio ad justificationem consequendam in sacramento penitentia ; elici debere ex motivo charitatis sive proximo , sive remoto , hoc est elici , vel imperari à charitate ; Fab. vero inquit , ad illi quæ possit ordinari ad charitatem duobus modis , uno modo proxime , & immediate , sive formaliter , alio modo virtualiter , & remote ; attritio est detestatio peccati propter Deum , sed remote , proxime autem habet alium finem ; & idè principaliter differantia , inquit , inter attritionem , & contritionem est circumstantia finis proximi , quia finis contritionis in medio ius est amor Dei , idè detestatio illa peccati , que proxime , & immediate tendit in peccatum , quia est offensæ Dei super omnia dilecti , est contritio ; illa verò detestatio peccati , que proxime , & immediate non habet per finem dilectionem Dei , sed timorem penam , vel turpitudinem peccati est attritio , & non contritio , quia est actus imperfectus ex circumstantia finis , quia finis proximus non est dilectio Dei , sed aliquid aliud , nempe timor penam , quod est motum minus perfectum , quam dilectio Dei , ita dicitur , & habet loc. cit. 63. Poncius verò , & Hiquæus quia volunt , attritionem posse elici quoque ex motivo charitatis proximo , & immediate ; idè consequenter dicitur , attritionem aliquam & contritionem perfectam esse ejusdem speciei , quantum est ex parte motivi , & consequenter eas non distinguunt nisi intentionem , que ita inter attritionem , & contritionem ex eodem motivo , seu obiecto proximo non esse aliam differentiam intrinsecam , quam gradus perfectionis .

146 Dicendum tamen est , attritionem elici non posse ex motivo charitatis proxime , & immediate , sed sic elici ex metu gehennæ , aut turpitudine peccati , aliove motivo honesto , quod non sit motum charitatis ; ita tamen communis opinio , & est expressa Concilii Tridentini doctrina sess. 14. c. 4. ubi hanc differentiam ponit inter attritionem , & contritionem , quod attritio est vel ex motivo turpitudinis peccati , vel ex timore penam , & contritio est vel ex alio motivo nobiliori , quia est dolor de peccato , prout est offensæ Dei super omnia dilecti , vel diligibilis ergo non requiritur ad consequendam gratiam in sacramento penitentia attritio ex motivo charitatis proxime , & immediate , nec talis attritio est debilis , quia eo ipso non amplius esset attritio , sed perfecta contritio .

Respondet Poncius negando consequentiam , tùm quia illa ipsa attritio .

attritio , que esset ex turpitudine peccati , & metu gehennæ elicite , posset esse imperatè ex motivo charitatis ; tùm quia non dicit Concilium , illam solum attritionem sufficere ad impetrandam gratiam in Sacram. & consequenter alia attritio ex motivo charitatis posset requiri , quam ibi probat dari posse , quia potest quis habere aliquam displicentiam , & dolorem inefficacem de peccato ex eo , quod sit contra divinam bonitatem , sed ille dolor est ex motivo charitatis , & non est dolor perfectus , quia non est efficax , ergo est attritio , & consequenter attritio aliqua potest esse ex motivo charitatis .

Ceterum , quamvis illa ipsa attritio , que esset ex turpitudine peccati , vel metu gehennæ elicite , posset esse imperatè ex motivo charitatis , quatenus etiam actus ipse attritionis referri , & ordinari potest ad finem contritionis ; non propterea esset ex motivo charitatis proxime , & immediate , seu intrinsecè , & elicitive , sed tantum extrinsecè , & remote . Neque debilis est attritio , sed tantum extrinsecè , & remote , quia non amplius attritio est , sed contritio , ut dictum est , & quamvis possit quis habere aliquam displicentiam , & dolorem inefficacem de peccato ex eo , quod sit contra divinam bonitatem ; adhuc tamen talis actus non esset attritio , de qua hic est sermo , que est dispositio sufficiens ad gratiam impetrandam in sacramento penitentia , quia ex Concilio loc. cit. ad hanc requiritur , quod sit actus ad eum efficax , ut formaliter , vel saltem virtualiter includat propositum de cetero non peccandum , ita ut simpliciter voluntatem avertat ab affectu peccandi , alias esse non potest sufficiens dispositio ad gratiam , etiam cum sacramento , quia eius iustitiam affectus peccandi avertat .

147 Resp. Hiquæus l. c. quando Concilium loc. cit. dicit , quod contritio imperfecta , que attritio dicitur , concipitur communiter ex pensis inferni , vel turpitudinis peccati ; loquitur tantum de motivo excitante , non autem specificante in genere entis , vel moris , id est , obiecti , vel finis , unde nihil aliud ibi Concilium indicat nisi quod odiosus declaraverat supra sess. 6. cap. 6. præparationem ad iustitiam incipere à timore servili , deinde procedere per spem , & dilectionem ad odium peccati , in quo processu timor gehennæ est primum excitans motum , non tamen specificans .

Verùm per id probatur tantum , metum gehennæ esse motum excitans respectu actuum sequentium , ad respectu primi actus , qui est attritio immediata ex tali motivo elicito , tantum est excitans , sed etiam specificans in genere moris ; sic enim universaliter contingit , quando ad plures actus gradatim ex uno in alterum proceditur ut ibidem Hiquæus ipse advertit , quamvis enim sequentem actum non eliciat voluntas ex motivo prioris , tanquam propter ipsum , eo modo , quo amor mediè est propter finem ; tamen actus posterior dicitur esse ex motivo prioris , non specificante ipsum , sed excitante voluntatem , quia ita affecta est , ut hic , & nunc non exiret in secundum actum , & sequentes , nisi ex occasione prioris ; tum quo tamè ad huc stat , quod respectu primi actus sit motum etiam specificans , quod respectu posteriorum est tantum excitans ; & sic in proposito metus gehennæ , qui respectu actuum sequentium spei , & dilectionis Dei est motum tantum excitans , respectu primi actus qui sit attritio est illo elicitus , non tantum est excitans , sed etiam specificans ; Et quidem Concilium loc. cit. loquitur de illa attritione , in qua malum ipsum , quod timetur ut vitandum , habet rationem finis , & sub ea proxime movet ad detestandum peccatum , quatenus confert ad illud malum penam vitandum ; & ponderanda est etiam in verbis Concilii ea particula propter gehennæ metum , sicut , & in alio membro propter seditionem peccati , nam in rigore significat proprium , & proximum motum , & finalem causam .

148 Quapropter concludendum est , quod formale motum in quo contritio tendit , est peccatum aut offensum Dei , eique adversativum , ut supernaturali fini super omnia diligibili . Formale autem motum , in quo tendit attritio , est peccatum detestabile propter aliquod motum infra Deum , super omnia diligibile ; Insuper immediatum motum , quo nititur contritio ad peccatum detestandum , & Deuipse , ex cuius complacencia movetur ad illud detestandum , immediatum verò motum attritionis est aliqua honestas supernaturalis creata , Deus autem solum extrinsecè terminat actum attritionis Christianæ , ut finis Cui . Et hoc omnino necessarium est , quia si quis peccatum detestatur præcisè propter timorem gehennæ , ita in illo timore ultimo litteret , & non sine fide constitueret , licet actus non esset de se malus , sed bonus , tamen non esset attritio , quæ est sufficiens dispositio ad justificationem , quando autem talem finem non excludit , est sufficiens dispositio cum sacramento ad justificationem , quia sufficienter tollit effectum ad peccandum , & consequenter tollit obicem ad faciendum ; illa enim attritio sufficienter tollit affectum ad peccandum , & consequenter tollit affectum ad peccandum ; quæ actus animi peccatoris efficaciter convertit ad Deum , à quo supernaturali cum ordine ad Deum obiectum , & finem supernaturalem Cui , si animum peccandi excludat , efficaciter convertit hominem ad Deum ; igitur omnis attritio concepta ex motivo super-

Mek. in Quart. Sentent.

naturali cum ordine ad Deum obiectum , & finem supernaturalem Cui , si voluntatem peccandi excludat , erit sufficiens dispositio cum sacramento ad justificationem ; bene notat Amicus disp. 3. sect. 4. in fine ; atque idè falsum est , quod Scotius præfati dicebat , ut quis bene disponatur per attritionem ad justificationem gratiam in sacramento penitentia consequendam semper opus esse , quod habeat dolorem de peccatis ex motivo charitatis , sive elicite , sive imperatè ; sufficit enim quod attritio concepta sit ex aliquo motivo supernaturali cum ordine ad Deum obiectum , & finem supernaturalem Cui , hic autem non est ordo , quem importat dilectio formalis vel virtualis Dei , & est proprius contritionis , quia non est ordo ad Deum , tanquam ad obiectum , ex cuius amore moveretur penitens ad detestandum peccatum ; sed est ordo ad Deum , tanquam ad iustum peccati vindicem , quem penitens timet , timens enim malum sibi imminens ab aliqua determinata persona , timet etiam personam ; ergo ex hoc , quod attritio dicit ordinari ad Deum hoc modo , & est propter Deum , sequitur , quod semper esse debeat ex motivo charitatis formalis vel virtualis , ut dictum est supra n. 141 .

149 Sed obijciunt præfati Scotius probando , attritionem quoque esse debere ex charitate , saltè imperatè ut sit sufficiens dispositio ad gratiam cum sacramento , quia omnis actus , qui est effectus ad gratiam , oritur ex charitate , & propter dilectionem Dei ; sed attritio est dispositio ad gratiam cum sacramento penitentia , ergo est effectus ad gratiam , & propter Dei amorè elicitus , vel saltem imperatus ; Majorem probant ex omnibus illis scripturæ locis , ubi dicitur nullius virtutis actus ad salutem proficere sine charitate ut 1. Cor. 13. si charitatem non habeamus , nihil mihi prodest , & 1. Jo. 3. qui non diligit me , manet in morte , & alii similibus , quibus significatur , in opere suo , & salutari includi dilectionem Dei formaliter , vel saltem virtualiter .

Conf. ex Tr. sess. 6. c. 6. ubi exponens actus necessarios ad salutem & conversionem , ultimo loco ponit penitentiam , que supponit spem , & charitatem , & est ex motivo charitatis , inquit enim , illum , tanquam omnis iustitia fontem diligere incipimus , ac propterea movemur adversus peccata , sed Concilio loquitur de dispositione in genere requisita , & non tantum de contritione perfecta , agit enim de dispositione ad baptismum , ad quem sufficit laica attritio , ergo &c. Tandem probant tantum , quia peccatum est averfio à Deo , & offensæ ejus ergo ut verè retractetur , debet retractatio ejus esse ex charitate ; quia sola charitas est , que refert ad finem ultimè affectu iustitie , & absolute , & alia attritio non esset dolor de peccato suo ratione offensæ , & averfionis , & alioquin illa virtus , cuius attritio est effectus , posset operari ad salutem independentè à charitate ; ita arguit Hiquæus loc. cit. .

150 Resp. majorem esse veram de omni actu , qui est dispositio ad gratiam sufficiens se solo , & sine sacramento in se suscepto ; non autem qui est dispositio virtute sacramenti reipsa suscepti , quia in his actibus sacramentum æquivalere charitati , & ejus defectum supplet , loca verò scripturæ adducta offendunt præsertim necessitate charitatis ut opera bona sint meritoria de condigno vite æternæ ut dicit 1. 2. ad Rom. de iustificatione , 2. ad Cor. 13. de merito .

Ad Conf. dico , si Conc. bene ponderetur , indicat potius præparationem ad iustitiam incipere à timore servili , deinde procedere per spem , & dilectionem ad odium peccati , in quo processu timor gehennæ est primum motivum , ex quo concipitur attritio ; Et quavis dilectionem assignaret ibi , tanquam primum motivum excitans actum attritionis non tamen tanquam motivum specificans , & ultro etiam concedimus actum attritionis posse interduci à charitate imperari , & frequenter etiam ita contingere , posseque referri , & ordinari ad finem contritionis ut extrinsecè , & remote ; negatur tamè hoc semper esse esse necessarium , ut sufficiens dispositio ad justificationem cum sacramento .

Ad ultimum negatur consequentia , cum ejus probationibus , nam omnis attritio concepta ex aliquo motivo supernaturali cum ordine ad Deum obiectum , & finem supernaturalem Cui , si animum peccandi excludat , efficaciter convertit & hominem ad Deum , ut explicatum est supra n. 148 . & licet in tali casu independentè à charitate operaretur , non tamen independentè à sacramento , quod in his actibus charitati æquivalere , & ejus supplet defectum , quia ratione dici potest etiam dependenter à charitate operari , si non formaliter , saltem æquivalentè .

151 Postremò est alia difficultas de speciebus attritionis ; Faber disp. 7. c. 1. cap. 3. quatuor species assignat attritionis Christianæ , de qua tantum hic est sermo . Prima est detestatio peccati propter timorem penam proxime . Secunda detestatio peccati propter turpitudinem eius . Tertia detestatio peccati cum omnibus circumstantiis requisitis ad contritionem , sed non debet intentari . Quarta detestatio peccati imperfecta propter certantiam alicuius circumstantie debite ex inadvèntentia vel aliqua alia causa non culpabili .

Dicendum tamen est , divisionem attritionis à Concilio traditæ ex metu penam , & ex fæditate peccati , si genericè sumatur , esse sufficientem . Ratio est , quia duplex est malum generatum loquendo aliud penam , aliud culpam ; quare genericè loquendo duplex est detestatio peccati , altera ob malum culpam , & altera ob malum penam ; igitur omnis attritio concepta ex motivo super-



peccat non habet hanc universalitatem, quia ex vi talis motivi particularis non se extendit etiam virtualiter ad alia peccata diversa.

Sed neque hac differentia subsistit, nam in primis dari potest attritio universalis, ut etiam Suarez ipse concedit, & est, quando peccata ipsa detestantur sub motivo universalis, velut ex motivo peccati aeterni, & amissionis beatitudinis, notabilis deformitatis, nostrarum moralium operationum cum recto, dictamine primae regule, omnia enim haec motiva sunt universalis, unde repugnat, aliquo ex his motivis, ut universalis, formaliter detestari unum peccatum sine aliis; repugnat enim, detestari peccatum quatenus est notabiliter difforme primae regule, & non detestari omnia peccata mortalia, cum omnia sint hoc modo notabiliter difformia; repugnat item, peccatum detestari propter paenas inferni, vel amissionem gloriae, & non detestari omnia mortalia, cum omnia mortalia peccata aeternam inducant, & caelestis gloriae privent. Deinde ex una parte remissio mortalium non potest esse dimidiata, cum non minus unum, quam alteri opponatur gratia; ex alia vero parte unum quodvis mortale non retractatum est obex sufficiens ad remissionem; ergo omnia retractanda sunt, sive deinde attritio procedat ex motivo universalis, v.g. obedientiae, religionis, gratitudinis, spei &c. sive ex pluribus motivis particularibus, v.g. temperantiae, fortitudinis, &c. ex quorum aggregatione coalescat una totalis, & universalis attritio. Tandem etiam casu, quod attritio fit ex particulari malitia, & turpitudine alicuius peccati, ad huc potest esse sufficiens cum Sacramento ad justificationem consequendam, si aliquoquin sufficiens sit propter rem in detestationem reliquorum, si menti occurrant; est enim signum a posteriori dignoscendi, quando attritio detestatur unum tantum peccatum censetur simul detestari & reliqua omnia, quae tunc menti non occurrunt; & est quando vi talis attritionis ex eodem motivo concepte homo prompetet in formalem detestationem omnium, si omnia essent memorae praesentia; Quando autem deest talis promptitudo detestandi caetera peccata, si tunc menti occurrerent, signum est, talem attritionem ex malitia particulari alicuius peccati conceptam, non esse sufficientem ad justificationem etiam cum Sacramento; quia sine tali promptitudine nequit esse dispositio; impium enim esset, dimidiatam veniam a Domino sperare, vel illius peccati, de quo non doleret, si menti occurreret, per quod patet ad rationem in oppositum.

164 Sexto tandem Amicus disp. 3. sess. 4. & alii Recentiores aliam assignant differentiam, quod contritio excludit omnem affectum peccati, quia cum detestetur omnia sibi ratione communi, nequit retinere affectum ad aliquod particulare, cum hoc repugnet effectui simplicitatis de omnibus in communi; Contra vero attritio, quia esse potest de aliquo particulari, retinere potest complacentiam circa alia. Cuius ratio est, quia non quaerit attritio supernaturalis opponitur cultibet peccato; igitur non quaerit affectum remanere ab omnibus, sed tantum ab eo, cuius est specialis attritio; consequenter consistit, quia affectus ad peccatum non remouetur, nisi per oppositum displicentiam; antecedens probatur, nam omnis oppositio, vel est formalis, & expressa, quae fundatur in expressa detestatione peccati; vel virtualis, & implicita, quae fundatur in motivo universalis cadente super omnia; Neutram autem oppositionem habet attritio elicit ex motivo speciali contra unum peccatum ad alia, quae neque ex speciali, neque ex universalis motivo se extendit, cum nec ea detestetur formaliter, ut patet, nec virtualiter, quia non detestatur peccatum particulare ex motivo communi cadente super omnia, ita dicitur Amicus loc. cit. n. 60.

165 Sed haec differentia veritatis, & doctrinae Concilii Tridentini, sess. 6. cap. 6. & sess. 1. cap. 4. congruere non videtur, quia dolor de peccato ex gratia, ut sic sufficiens dispositio ad sacramentum baptismi, & penitentiae, nequit non esse ex voluntate destruendi culpam, vel eam secum non habere, nam sess. 6. cap. 6. Concilium loquitur de dispositione requisita ad sacramentum Baptismi, in quo comprehendit attritionem, quia haec sufficit; non esset autem ex voluntate destruendi culpam attritio de aliquo particulari peccato cum complacentia de reliquis. Deinde sess. 1. cap. 4. conditiones attritionis assignans ait, contritionem illam imperfectam, quae attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudine peccati consideratione, vel ex gehenna, & paenarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniae, excludat iam Dei esse &c. si ergo debet voluntatem peccandi excludere, non poterit complacentiam de aliquo peccato retinere, Tum quia spes, quae ad justificationem disponit, est, quae sperat veniam, seu remissio peccati, & Deum nobis fore propitium propter Christum, ut loquitur Trident. loc. cit. sed numquam fit, aut promissa est propitiam, nisi volenti absolute remissionem peccati, & eius absentiam, ut fides docet, requiritur enim conversio, imo repugnat, stare odium absolute peccati, quale est attritio, cum complacentia ipsius, & sine voluntate destruendi illud, ut notat Hicq. loc. cit.

Ad fundamentum in oppositum negatur assumptum, loquendo de attritione supernaturali, quae fit sufficiens dispositio ad justificationem cum Sacramento, ad probationem patet ex dictis paulo

supra n. 163. in fine, etiam attritionem, quae fit ex particulari malitia alicuius peccati, potest esse sufficientem ad justificationem cum Sacramento ad justificationem, si aliquoquin sit sufficiens prorumpere in detestationem reliquorum, si menti occurrant; unde oppositio virtualis, & implicita attritionis cum peccatis commisis non tantum fundatur in motivo universalis cadente super omnia, ut assumitur in probatione illius antecessit, sed etiam in promptitudine detestandi caetera peccata, si menti occurrant; quum doctrinam etiam Amicus ipse lateret expressis verbis in fine illius sec. 4. cum inquit, caeterum cum dicitur attritio ex turpitudine peccati concepta sufficere ad justificationem cum Sacramento, vel intelligitur de turpitudine peccati sub aliqua ratione communi cadente super omnia; vel de ratione particulari, quae fit sufficiens prorumpere in detestationem reliquorum, si menti occurrant, quibus verbis Amicus iam expressit lateret; & oppositionem attritionis cum peccatis commissis virtualis, & implicitam non tantum fundari in motivo universalis cadente super omnia, ut assumitur in argumento adducto, sed etiam in promptitudine detestandi caetera peccata, si menti occurrant, ut supra dictum est.

166 Ex dictis ergo sufficenter deducitur, in quo attritio, & contritio conveniant, & in quo differant. Primo enim conveniunt ex parte obiecti materialis, & proximi, scilicet, peccati, nam amba circa illud occupantur; Deinde ex parte modi illud respiciendi, scilicet, averfando, & destruendo illud super omnia. Rursus in effectivitate destruendi illud, nam uterque actus voluntatem destruendi peccatum includit formaliter, vel virtualiter modo eis proportionato, & uterque includit voluntatem, & propositum non peccandi de caetero ex Trident. loc. cit. Item conveniunt in ordine, & origine, quia uterque est actus ordinis supernaturalis, & consequenter ex auxilio gratiae procedens. Denique quia neuter requirit certum aliquem intensiōnis gradum, aut certam durationis quantitatem. Potissimum vero discernim, & priori inter attritionem, & contritionem sumendum est ex diverso formali motivo, in quod tendunt; nam formale motivum in quod contritio tendit, est peccatum, ut offensivum Dei, eique adversativum, ut supernaturali fini super omnia diligibili, formale autem motivum, in quod tendit attritio, est peccatum detestabile propter aliquod motivum infra Deum super omnia diligibile, quod Concil. Trident. sess. 1. cap. 4. specificat, cumque haec differentia attritionis, & contritionis assignatur ibidem expressis verbis a Concilio, quique tenetur ei se conformare, & talem differentiam, ut primariam, & essentialem agnoscat; Ad huc tamen Concilio non repugnat alias assignate differentias, velut secundarias, & accidentales, quales est illa, quod contritio causat se sola gratiam sine Sacramento respia suscepto, & in effecta, sed cum solo ejus voto, & in effectu, loquendo nimirum de casualitate dispositiva, non autem formali, attritio veronon causat gratiam sine Sacramento respia suscepto, & in effectu, atque ideo illa se sola sufficit ad justificationem extra sacramentum obtinendam, haec vero sufficit solum ad justificationem in Sacramento obtinendam; haec, inquam, etiam est vera, & propria assignata, ac postquam a Theologis adducta; non tamen est primaria, & essentialis, ac veluti per causam, sed tantum secundaria, & accidentalis, ac veluti per effectum; & si quae aliae etiam assignentur differentiae inter attritionem, & contritionem, patet accidentales, & secundariae censeri debent, ut ab illa omnino prima, & essentiali origine ducentes, quae sumitur per ordinem ad obiecta formalia, & motiva, paenas quorum diversitatem actus essentialiter specificari solent.

ARTICULUS TERTIUS.

Aliae quaedam Difficultates de Attritione discutuntur.

167 Prima difficultas est, An attritio possit fieri contritio, & quomodo; Fab. disp. 16. cit. c. 3. in fine difficultatem resolvit, iuxta quatuor species attritionis ab ipso ibidem assignatas; Prima est detestatio peccati propter timorem poenarum; Secunda propter turpitudinem peccati, & quia istae duae species sunt actus omnino diversarum specierum ad contritionem, quia habent diversos fines proximos, ideo nullam istarum attritionem aut fieri posse contritionem; At datur tertia species attritionis, quae ad contritionem differt solum poenis intentionem, & remissionem, & ista est ejusdem speciei cum contritione, quia magis, & minus non variant species, & ideo aut, istam fieri posse contritionem, unde qui dolet de peccato propter Deum super omnia, sed tamen non habet intentionem destruendi, si actus ille continuetur, & intendatur usque ad debiti terminum, si actus ille continuetur, & hoc modo ait, Scotum esse intelligendum, cum ait, attritionem fieri posse contritionem, datur tamen quarta est species attritionis, quae differt a contritione ex omissione alicujus circumstantiae ad contritionem requisitae ex inadvertentia intellectus, non tamen ponit aliquam circumstantiam malam; & istam quoque ait, fieri posse contritionem, appendendo circumstantiam omnifam. Sed quia haec duae ultimae attritionis species

species a Fabro adjunctae rejectae sunt art. 1. hujus quaestiois n. 152. & 153. alter est resolvendus haec difficultas, ut recte intelligatur, quo sensu dixerit Doctor dist. 14. q. 1. & 2. N. attritionem fieri posse contritionem.

168 Pro resolutione igitur hujus difficultatis recolendum est, quod diximus art. praeced. n. 156. attritionem sumi potest, vel iuxta sensum Antiquorum Scholasticorum, qui per attritionem intelligebant illam peccati detestationem, sive perfectam, si vel imperfectam, quae gratie infusionem praecedebat, quum actum postea contritionem post gratie infusionem contritionem appellabant; Vel in sensu Recentiorum, qui iuxta modum loquendi Concilii Tridentini, propter Deum super omnia diligibilem, quae sine Sacramento poenitentiae in re, sed solum in voto peccata delet, & gratiam causat per modum moralis dispositionis; per attritionem vero detestationem factam ex inferiori, & imperfectiori motivo, nempe poenarum, vel turpitudinis peccati, quae sine Sacramento in re suscepto justificationem non causat. Quando itaque Doctor loc. cit. ait, attritionem fieri posse contritionem, attritionem, & contritionem accipit in primo sensu ab Antiquioribus usurpato, ut patet legenti textum, in quo sensu utriusque fieri potest contritio, quia nullum est inconveniens, nec ulla repugnantia, quod actus doloris de peccatis commissis sine Sacramento in re suscepto duret usque ad illud instans in quo Deus decrevit gratiam infundere sine Sacramento, quia actus ante gratie infusionem dicitur attritio, quia est informis, & post talem infusionem dicitur contritio, quia est informis, iuxta modum loquendi Veterum, qui actum informem appellabant attritionem, formatum vero gratia contritionem; nulla enim est repugnantia, quod actus aliquis intrinsece immutatus per solam adiacentiam ad aliquod extrinsecum, modo unam habeat denominationem modo aliam; & in hoc sensu quoque Doct. explicat Hiquiaz dist. 14. q. 2. in Commentario n. 115. & Brancatus disp. 9. art. 4.

169 Accipiendo attritionem, & contritionem iuxta mentem Concilii loc. cit. & modum loquendi Recentiorum, pro dolore nimirum perfecto, & imperfecto ratione motivi, non vero gradualis intensiōnis, nunquam secundum rem, & essentialiter attritio fieri potest contritio, nam cum attritio, & contritio in hoc sensu sint actus essentialiter diversi iuxta diversitatem obiectorum formalium, & motivorum, a quibus specificantur, non potest unus intrinsece in alium mutari, quia fieri non potest, ut idem actus numero, qui erat ante essentialiter attritio, postea fiat contritio; si enim qui ante peccatum detestabatur ex motivo poenarum, vel peccati turpitudinis, postea ex motivo charitatis illud incipiat detestari; tunc quidem ex attritio fieri contritio, non tamen attritio fieri contritio, sed post attritionem succedet contritio, sicut quando in aqua calori succedit frigus, dicitur quidem calidam fieri frigidam, non tamen calor fit frigus, unde melius est dicere, hominem ex attritio fieri contritum per adventum gratiam, quam attritionem fieri contritionem, quia hic posterior loquendi modus significat mutationem intrinsecam attritionis in contritionem.

Et hinc patet intelligentia illius vulgariter dicti, quod peccator virtute peccati ex attritio fit contritus; quod sensus est attritio, non intrinsece mutari in contritionem, cum enim istud actus essentialiter diversi, non potest unus intrinsece in alium mutari, nec transeat ita debet intelligi, quasi homo recipiens absolutionem eo ipso transeat ex actu attritionis ad actum contritionis, sed intelligendum est, quod attritio ad actum contritionis, incipiatque peccator solim per denominationem ab effectu desumptam, ac veluti per virtute sacramenti, nimirum justificationem vel recipit effectum, sed ex vi contritionis, cuius defectum supplet ab aliquo habuistum contritio dicitur a contentendo, ac delendo peccato per sacramentum enim absolutionem ac destruntur peccata; & in hoc eodem sensu dicitur attritio extrinsece tamen mutari in contritionem, quia nimirum suscepta gratia per sacramentum, ea, quae ex intrinseco motivo erat, & perseverat attritio, dicitur ex superveniente gratia contritio, quia virtute sacramenti habet effectum contritionis, quod est reddere hominem gratum, & amicum Deo per justificationem, & hoc totum est de mente Doctoris 4. dist. 17. q. 1. ubi docet, attritum virtute sacramenti justificari, & est communis Theologorum sensus, & dist. 14. q. 4. in solutione ad 2. prin. ubi in hoc eodem sensu jam explicato concedit, attritionem fieri contritionem.

170 Secunda Difficultas est, An attritio etiam cognita, ut talis sufficiat ad justificationem cum Sacramento. Negant quampures apud Averfam q. 11. sess. 4. quorum aliqui necessarium simpliciter putant esse in hoc Sacramento contritionem perfectam, non solum obligatione praeccepti, sed etiam de necessitate valoris ad substantiam sacramenti, vel saltem de necessitate medii ad ejus effectum; tunc etiam si bona fide quis confiteatur cum sola attritione nihil proficiat. Alii vero asserunt, esse quidem ex obligatione praeccepti necessarium in hoc Sacramento perfectam contritionem ad dignitatem suscipiendum, eiusque effectum consequendum, non tamen necessitate medii, ita quod si quis bona fide accedat putans, se esse

contritum, cum tamen re vera sit tantum attritus, adhuc recipit gratiam sacramenti, quibus ex nostris adhaerere videtur Faber d. 16. cit. c. 3. n. 69. ubi ait, quod nota attritio, quae est praecisus propter timorem poenae, & non propter Deum, non est vera attritio Christiana, nec sufficit ad sacramentum baptismi, vel poenitentiae dignitatem suscipiendum, eiusque effectum consequendum, quibus verbis significare videtur, saltem esse debere putatam contritionem, licet possea d. 18. c. 3. oppositum probabilius putet.

Dicendum tamen est, in hoc Sacramento non esse necessariam perfectam contritionem, neque necessitate medii, neque obligatione praeccepti, sed sufficere attritionem, etiam cognitam ad recipiendam absolutionem, & gratiam sacramentalem. Ita Doct. dist. 14. q. 4. cit. in solutione ad 2. prin. ubi ait, Concedo ergo, quod ante perceptionem dignam poenitentiae oportet suscipiri, vel simpliciter, vel secundum quid, scilicet, ut habeat aliquam displicentiam de peccatis, & infra dist. 19. in responsione ad quaestionem s. contra primam, ubi determinat, sacramentum poenitentiae posse dignitatem recipi ab attritio ea attritione, quae non sufficere extra sacramentum, & hoc idem jam ante statuerat de Baptismo 4. d. 4. q. 5. ab initio, ubi dicit, accedentem ad baptismum debere esse de peccatis commissis vel contritum, vel saltem attritum, quia de causa non quoque d. de Baptismo q. 5. art. 2. n. 128. diximus, ad effectum baptismi consequendum, scilicet, gratiam, necessariam non esse in adultis poenitentiam, quae sit vera, vel saltem putata contritio, sed sufficere attritionem, etiam cognitam ut talem; & est communis in Schola, quam tenent Suarez Vasquez, Lugus, Caspensis, Aversa, Coninch, Becanus, Valentia, Balmainus, Bonacina, & ex nostris Hiquiaz, Poncius, Brancatus, Arctinus, & alii Theologi passim.

Probat autem primò ex doctrina Evangelii, quorum veniissent peccata remittuntur eis, & ubicumque clavium esse mentio, quorum clavium potestas data esset solum ad declaranda omnia peccata mortalia iam remissa per contritionem, non autem ad remittenda nisi sufficeret attritio cum Sacramento, ut patet; fateri ergo oportet aliquam dispositionem esse, quae licet per se non sufficiat ad consequendam peccatorum veniam, sufficit tamen cum Sacramento, quae utriusque non est perfecta contritio, sed solum attritio; & hoc non solum in eo, qui putaret, se esse perfectè contritum, sed etiam in eo, qui eo, quod se solum attritum putaret, probatur ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 4. ubi attritioni tribuit eam vim cum Sacramento, quam habet contritio extra sacramentum, sufficit autem contritio ad justificationem; rursus attritioni tribuit vim in Sacramento, quam ei negat extra sacramentum, ergo supponit, in Sacramento esse sufficientem ad justificationem. Neque dicitur ibi Concilium loqui de attritione, quae contritio alimetur. Nam loquitur ibi de ea, quae concipitur ex metu gehennae, vel peccati turpitudinis, haec autem est estimata attritio, & cogitatur talis; cum quia estimatio non facit ad veritatem dispositionis praesertim, quando est erronea, scilicet, illa, quae putat attritionem esse contritionem, cum re vera non sit talis; nam veritas contritionis non pendet ab estimacione nostra, sed solum ab acceptacione divina, circumstantiis honestis, & gratia. Tandem probatur ex institutione huius sacramenti, quod dicitur mortuum, & per modum iudicii reconciliatum; ergo de se non supponit vitam, & reconciliacionem autem habita, scilicet per contritionem, tamen quia institutum est, tanquam novum remedium ad faciliorem remissionem peccatorum, quo carebat lex vetus; ad nisi sufficeret attritio cum ipso, sed requireretur contritio, esset gravior, & difficilior remissio in lege nova, quam antiqua, in qua sola contritio sine onere suscipiendi sacramentum justificabat; cum ergo sufficiat attritio cum Sacramento ad veniam peccatorum obtinendam, non solum non tenetur peccator accedere cum contritione, sed potest sciens, & volens cum tali dispositione accedere ad Sacramento, quia virtute sacramenti sufficitur, quod est dicere, attritionem cognitam, ut talis sufficere cum Sacramento ad justificationem.

172 Sed Oblicium Primò, quia ad remissionem peccati requiritur perfecta conversio, non enim peccator justificari potest, nisi toto corde convertatur ad Deum; perfecta autem conversio ad Deum est sola contritio, quae etiam dicitur medium ad salutem necessarium, dum enim olim Scriptura exigebat ad justificationem peccatoris poenitentiam, utriusque de perfecta poenitentia, id est, contritione loquebatur, non apparet autem ubi, vel quando huius poenitentiae necessitas relaxata sit. Conf. ex communi Theologorum dicto, quod peccator per Sacramento attritio fit contritus, ergo ad justificationem requiritur contritio, si non formalis, saltem putativa, quae erit attritio non cognita, ut attritio, sed qui putetur contritio. Tandem vera poenitentia debet detestari peccatum super omnia mala, si non intensive, debet appreciative ex parte obiecti, & motivi ex dictis Quaes. praeced. sed non est talis poenitentia, nisi sit ex motivo diligenti Deum super omnia, quae est perfecta contritio; ergo haec necessitas requiritur.

Respondeo remissionem peccatorum requiritur perfectam conversionem extra sacramentum, non tamen in Sacramento, vel cum Sacramento; sic etiam contritio dicitur medium necessarium, non simpliciter, sed ex suppositione, quod non sit, vel concurrat sacramentum, ita ut

itaque in lege nova necessarium ut solum hoc disjunctum, vel contritum, vel attritio cum sacramento, quod est beneficium Evangelii...

Ad Confessum potest quidem peccator ex attritio fieri contritus contritio in hoc sensu, quod post attritionem eliciat veram contritionem in sacramento, non tamen id necessarium eventum...

Dices, qui seipsum, se esse attritum, & contritum, accedit ad sacramentum cum conscientia peccati mortalis; ergo ponit obicem gratiae...

173 Tertia Difficultas est, an attritio debeat esse formalis, & expressa detestatio sine dolo de peccatis, an vero sufficiat virtualis...

174 Ita tamen loquitur communis opinio; quia ex quatuor modis penitentiis a Scot. assignatis...

per defectum alicuius causae secundae, dum tamen ipse aequè, & iuste intendat penam indigere, quem penitentis modum, ut primum...

175 Quarta tandem Difficultas est, An ad valorem sacramenti requiratur, quod praedictus dolor confessionem precedat...

176 Dicendum tamen est, opus non esse, quod praedictus dolor confessionem precedat, sed satis esse, si ipsam sequatur ante absolutionem...

Ad fundamentum in oppositum dicendum est, contritionem in eo casu, vel attritionem fieri sensibilem per ipsam confessionem...

QUESTIO SEPTIMA.

De Necessitate Penitentiae Virtutis ad remissionem peccati mortalis.

177 Penitentiae necessitas relexit immediate ad iustificacionem, seu remissionem peccatorum, & quidem motum...

soluta potentia sine ulla actu peccatoris omnem culpam, & penam remittere, ut iam statum lib. 2. disp. 7. de iustificatione q. 4.

178 Penitentia autem duplex est, formalis, seu explicita, nempe detestatio, & dolor de peccato cum proposito emendationis, & virtualis, seu implicita, quae consistit in dilectione Dei super omnia...

ARTICULUS PRIMUS.

Quanta sit Penitentiae necessitas.

178 PRIMO Dicendum est penitentiam esse necessariam necessitate media ad salutem homini lapsi in peccatum mortale. Hae astrictio est de fide, quam Scot. docet 4. d. 14. q. 1. D. & X. & disp. 17. f. ubi indifferenter loquitur de omni statu hominis...

Ad Deum, ex Scriptura non videtur praescribi necessitatem esse penitentiam ad peccata delenda, quia quibusdā etiam aliis piis operibus veniam peccatorum promittit ut eleemosinae...

179 Secundo Dicendum est, penitentiam esse vitam necessitatem...

tiam necessitate praeccepti. Conclusio est communis in Schola contra quosdam apud Card. de Lugo d. 7. s. 10. putantes, penitentiam non esse etiam necessariam necessitate praeccepti, sed solum necessitate media...

180 Sed Obiicitur, impoenitentiam, prout est solum permanentia in peccato usque ad mortem, non esse speciale peccatum, sed circumstantiam quandam peccati; & solum impoenitentiam, prout est propositum non penitendi, esse speciale peccatum, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 14. art. 2. sed certè si datur speciale praecceptum penitentiae, impoenitentia quoque esset speciale peccatum...

Ad Confirma. negatur consequentia, potest enim aliquis etiam de facto cum uno solo mortali decedere, sicut in casu allato repentina morte praeventus absque nova culpa deficiat in exercenda penitentia...

181 Tertio Dicendum est, penitentiam esse peccatorum necessariam non tantum ex praeccepto positivo, sed etiam naturali. Hae etiam est communis, & Scot. praescribit dist. 14. cit. q. 1. & 4. Quod cadat sub praeccepto divino positivo, patet ex locis iam citatis tam pro veteri, quam pro novo testamento...

Sed obiicitur, quia non apparet, ad quod praecceptum Decalogi spectet haec obligatio penitentiae; sed omnia praeccepta naturalia in Decalogo continentur, ergo haec obligatio non est de iure naturali. Confirma. quia difficile est assignare tempus, pro quo obliget...